

Reuerend. & Clariss. viri Dn. D. Danielis
 T O S S A N I, præceptoris mei obseruanter
 honorandi, conciones, affectuum pondere,
 atq; efficaciam grauissimas, sedulo attentè que
 ita audiebam, ut domum rediens plerasq;
 quantum memoriã comprehendere pote-
 ram, describerem, & præcipua motuum at-
 que affectuum argumenta & artificia ex-
 penderem animo atque enotarem in locos
 quosdam communes Ecclesiasticos, ad hunc
 usum adornatos. Adiunxi interea &
 eos, qui de ratione concionandi scripsissent
 authores, quotquot habere poteram, e-
 ruditiore, non Euangelicos tantum, seu
 orthodoxos; sed & Pontificios; inter quos
 cum à clarissimo Philosopho Iacobo Zaba-
 rella in præfatione Tabularum Logica-
 rum maximopere laudari viderem Au-
 gustinum Valerium, Episcopum Ve-
 ronensem, non quieui priusquam libros
 tres Rhetoricæ Ecclesiasticæ ad imitatio-
 nem trium librorum Rhetoricæ Aristote-
 leæ ab eo scriptos, nanciscerer, nactusq; per-
 legerem, & cum incomparabili illo libro
 secundo Rhetoricæ Aristotelis, ubi de
 mouendis affectibus tractat, conferrem.
 His adiunxi lectionem Rhetoricæ Eccle-
 siasti-